



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

13. De examinatione Pilati. Matt. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

162. MEDITATIONES DE
MEDITATIO XIII

De examinatione Pilati. Matth. 27.
Marc 15. Luc. 23. Ioan. 18.

PILATUS ingressus pratorium, rogat
SVM. Tu es rex Iudaeorum. Qui respondit
Regnum meum non est de hoc mundo. Tu
ille Ergo rex es tu? Et IESVS. Tu dicis, quia
rex sum ego. Considera vt Christus Pilato
sincerè agenti clarè responderit: Iudaei
autem insidiantibus nisi adiuratus, respon-
dere noluerit, quia fictum detestatur Do-
minus. 2. Considera Christum non negans
regnum suum esse in hoc mundo, quia
vtique in illo, Ecclesia, & nobis regnat,
de hoc mundo, quia non est simile regnum
mundi, quae multo satellite defenduntur,
florēt opibus & pompis, sed consistit in
splendore animae, paupertate spiritus, in
militate, obedientia, mortificatione pas-
sionum, caritate, & commune est eorum
pauperibus & mendicis, sanis & aegris.
ergo Christi subditi esse volumus, taliter
virtutibus iustructi simus.

2. In hoc natus sum, vt testimonium per-
beam veritati. Dicit ei Pilatus. Quid est ve-
ritas? & mox exiit, dixitq; Iudaeis. Ego
nam in eo inuenio causam. Considera
Chri-

PASSI
Christus in
erroribus,
vt doceret
admiratur
Christi, cu
horres, cu
& sanctam
omnis odi
fuit, quoc
rum redar
te audirur
miles esse
rata, abn
alia perfe
rel audirur
tinere ex
caulam m
sam inue
causas, n
peccator
ficti carita
sua expi
Tunc
quam? n
pei cōtra
mirate p
tenebr
tit inui

PASSIONE DOMINICA 269

Christus in mundum venerit, nempe ut ab
 erroribus, idololatria, & peccatis liberaret
 ut doceret vanitatem rerum quas mundus
 admiratur; & discas tum te esse de regno
 Christi, cum a vanitatibus huius sæculi ab-
 horres, cum studes alios ad veram fidem,
 & sanctam vitam convertere. Hæc enim
 omnis odii Iudæorum in Christum causa
 fuit, quod veritatem doceret, & vitia eo-
 rum redargueret. 2. Considera, Pilato an-
 te auditum à Christo responsum egresso si-
 miles esse eos, qui cum aliquid de humili-
 tate, abnegatione sui, mansuetudine, vel
 alta perfectione vitæ Christianæ legunt,
 vel audiunt, dissimulant, vel ad se non per-
 tinere existimant. 3. considera, etiamsi
 causam mortis non inueniat Pilatus, & fal-
 sam inueniant Iudæi, duas tamen veras esse
 causas, nempe multitudinem & grauitatē
 peccatorum nostrorū, & immensam Chri-
 sti caritatem, qui sanguine suo peccata no-
 stra expiare voluit.

*Tunc dixit Pilatus, non respondes quicquam: non audis quanta Sacerdotum princi-
 pes cōtra te dicāt testimonia? Iesus autē tacuit,
 miratē praside vehementer. Considera, quas
 tenebras animis Principum illorū offude-
 rit inuidia, vidētes enim Pilatum inclinari*

R. 4 ad li.

ad liberationem Christi, omnia comple-
 clamoribus, quod totam commouisset Ge-
 lilæam obiectantes benefacta eius pro ce-
 minibus. Mouerat certe à tenebris ad li-
 cem, à morte peccati ad vitam. 2. Confide-
 ra Christi patientiam, inter tot clamores
 nullum verbum asperius egerentem, nisi
 nutu impatientiã prodentem. Quæ que-
 amoris flammæ ardebant in pectore
 quas tanti iniuriarum torrentes non po-
 tuerunt extinguere. 3. Considera, Pilatus
 sepius CHRISTVM respondisse, ad calu-
 nias autè Iudæorū tacere, sic vt Pilatus
 raretur eius patientiã, q̄a ex malitia pecc-
 bant. Vnde discis, cum laceessimur iniuri-
 plus tacendo quam respondendo profi-

MEDITATIO XIV.

*Pilatus mittit Christum ad Hero-
 dem. Luc. 23.*

R. PILATVS IESVM remisit ad Herodem
 regem, qui tunc Hierosolymis erat, quod
 conspecto gausus est valde, cupierat enim
 videre & signum ab eo fieri. Considera, quod
 admodum barbari milites contumeliose
 sinè per mediam urbem Iesum reptarint,
 multisq; probris & sannis coram tota ur-
 bis fece affecerint: vt discas patienter eius

exte